



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

[Præfatio.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

Quod notans idem Nauar. in seq. num. 37. addit inde consequens esse quod ex D. Thoma in 4. distin. 45. communiter admittetur, non posse Papam prohibito euacuare purgatorium animabus in eo deentis.

Quicunque est, viliissimum esse persuadere arguto mortuorum, ut concipiatur animum Deo satis faciendo pro suis peccatis in hoc seculo, si vita eius superfit: quoniam in pace, q. 3. ote-  
sum est tanguam tutius & rationabilius tenendum esse cum Catechismo: quod indulgentia ei soli proficit, qui tantam penitentiam quam sufficit ad delendam penam quemque indulgetur acceptauit in iunctam a Confessario, vel non iunctam pro-  
puluit in hac vita facere.

Sextum est, quod adhuc habet ibid. Nauar. numero 5. merito fieri suffragia pro defunctis postquam vel in articulo mortis vel post mortem quiescita fuerit indulgentia plenaria: tum quia fieri potest ut viuens non habuerit iustum & sufficiens propositum satis faciendo pro tota pena Purgatorij, relaxan-  
da per ipsam indulgentiam: quod propositum prædiximus secundum probabilitatem sententiam, necclarum esse ad acquirendam indulgentiam: tum quia ex dictis in preced. c. 13.  
f. 2. plenaria indulgentia non tollit omnem penam in purgatorio luendam: in nec plenior, sed sola plenissima: tum quia multorum sententia est quam Nauar. sequitur in preced. no-  
tab. 15. quod indulgentia plenissima non liberet plenissimè, nisi causa ob quam conceditur sit adiutoria sufficiens: de qua re non potest satis nobis constare. Nec obstat quod sententia contraria videatur probabilitate: quia cum ipsa altera suam ali-  
quam probabilitatem habeat, expediat facere, quo nescire ne-  
quem etiam si forte nihil proficit: tum deum, prout ex Gabriele Nauar. addit. quod talia suffragia fieri possint in gratia u-  
tationem, sicut & illa que sunt pro pueri recenti baptizato-  
& mortuo, nihil habente expiandum. Itemque ad gratifican-  
dum ipsius defunctis qui plurimum gaudent amicos suos tam  
più opera pro se agentes Deo gratiores fieri, & Deum hono-  
rare, aliasque animas Purgatorij iuare. Itaque peccatum habet,  
verè Christianum, non tantum libenter suis vita functis ac-  
quires indulgentiam per quam celerius ab horre nondis Purga-  
torij pennis libenter: sed etiam suffragia praestabili: quibus  
est forte non indigent, per ea tame non crescat illis gaudiū  
quoddam accidentale, eo nomine, quod causa ipsorum: & a  
nimis aliorum defunctorum lucent, & diuinam maiestas ho-  
noretur: talisque prestantes reddantur Deo suo gratiores:  
quem illi à peccatis liberi etiam atque etiam deprecantur, &  
nos quisquis in eos benefici, libere hinc à malis, & secum  
tandem collocet in celis.

Venit dubium restat, An is qui indulgentiam concedit  
capax sit illius acquirendae. Hoc Sotus proponens in 4. distin.  
21. q. 1. art. 4. col. penult. pro parte negante adserit, quod confe-  
re indulgentias sit actus iurisdictionis in subditum, nemoq;  
possit in seipsum iurisdictionem exercere, ut patet ex quo  
nemo possit seipsum sacramentaliter absoluere. Pro affir-  
mante vero, quam ille sequitur & probabilitores: quod a ratione  
alienum protinus sit, Papam eo quod sic Ecclesia caput, ex-  
cludit illo beneficio, quod carceris communica: cum  
Princeps distribuens bona communia, possit suam portio-  
nem sibi accepere tanquam Reipublice membrum, omnium  
etiam potissimum. Quod qui negaverit negare similiter debet,  
Papam posse gaudeere priuilegio, quo dispensatur cum  
tota vrbe in aliquo die ieiunij. Et certe si in onerosis, illo  
generaliter legem aliquid imponit (vt ieiunij vel festi ob-  
seruationem) tenetur feruare, si non vel coactuare, ut alij fatet  
videlicet ieiunia iuxta illud Canonizatum in c. Cunomines, De con-  
fluit. Patere legem quam u' eris ipse: non est negandu in  
fauoribus ipsum posse participem esse beneficium quod ge-  
neraliter conferit, si illo sicut carceri indiget, ut potest indul-  
gentiae beneficio indigere. Ad argumentum autem contra-  
rium idem author responderet, neminem posse quidem iuris-  
dictionem in seipsum exercere cogendo, nec absoluere se  
ipsum sacramentaliter; cum talis absolutio requirat ut Penitentes  
se Sacerdoti subiciat cui parere teneat. Indulgentiam  
vero non concedi cogendo, sed aliquid facientibus co-  
cedendo ex thesauro Ecclesiae, pretium quo redimant peccatas  
temporales, quas Deo debent pro suis peccatis. Quod bene-  
ficium ita concessum, potest perinde extra Sacramentum ac  
in Sacramento obtineti.

## LIBER QVAR- TUS, ET TOTIVS OPERIS O- CTAVVS, DE SACRAMENTALI AB- SOLVITONE.

### P R A E F A T I O.

**A**BSOLVERE idem est generaliter,  
ac expedire aliquem vinculis quibus  
constrictus tenetur: **a b s o l u t i o**, est ipsa  
actio ligari liberandi à vinculis: quo-  
rum nomine propriè significatur cor-  
pora, seu que corporis ligant: per meta-  
phoram vero ex illis sumptum: tum peccata, quibus spiri-  
tualiter ligatur humana anima, iuxta illud Proverb. 5. I.  
iniquitates sue capiunt impium, & sunibus peccatorum  
suum constringitur: tum censura Ecclesiastice, quib.  
Ecclesia spiritualiter constringit peccatores ad ipsorum cor-  
rectionem & emendationem. Pro quo dupli spiritualium  
vincularum generi, duplex distinguuntur absolutionis spiri-  
tualis, una à peccatis, & altera à censuris: que sunt excom-  
municatio, suspensio & interdictum. De illa, quae commu-  
niter dicitur Sacramentalis, propositum nobis est hoc lo-  
co dicere: atque eam cum Caietano in summula, spectare  
primo secundum se absolute. Deinde in ordine ad Con-  
fessarium illam confitentem. Tertio, in ordine ad Peniten-  
tem, illam recipientem, & sic primum huic libri caput  
erit de Sacramentali absolutione secundum se. Secun-  
dum de ea in ordine ad Confessarium. Tertium de ea  
dem in ordine ad Penitentem: quibus aliquot addenda  
sunt de absolutione a casibus referuntis, quae peculiarem  
habet difficultatem: tam quoad potestate absoluendi,  
quam quoad executionem eiusdem potestate. Ad quam  
minuendam, quartum caput addetur de potestate ab-  
soluendi a referuntis. Quintum, de commissione eiusdem  
potestatis. Sextum, de illius executione, & Septimum, de  
eisdem exceptionis effectu.

### C A P V T . I.

De absolutione Sacramentali secundum se ab-  
solute.

### S V M M A R I V M.

1. Absolutio Sacramentalis, actus est judicialis, & Sacramenti Peni-  
tentie forma.
2. Estant illius tota consistit in verbis Absoluo te, ab eiusdem Sacra-  
menti ministro prolatis, cum debita intentione.
3. Peccatum est, eadem verba in Sacramenti administratione mutare  
in alia, eiusdem etiam sensus, & sufficientia ad perficiendum Sacra-  
mentum.
4. Cum qua intentione proferri debeant.
5. Quatenus sunt Sacramenti forma.
6. Nec licet, nec valeat absolutione Sacramentalis data sub conditione de  
facto.
7. Quando licet data sub conditione de praeterito.
8. Quando data sub conditione de presenti, etiam si illicita, va-  
leat.
9. Duo casus in quibus sic data potest licita esse.
10. Bis super eadem confessione dari non potest: super eisdem autem  
peccatis, iterata eorum confessione, potest.
11. Absolutio per aliquod tempus differri potest post factam confes-  
sionem, & impositam satisfactionem.